1580

et faciet Quam inequitationem praedictus Sienko Thureczky cum
Successoribus suis eidem Dmitr Jaworsky et eius posteris nullo modo
impediet immo libere dimittet Sub vadio Quingentorum et Septu
aginta florenorum pecuniae monetae et numi polonicalis. Pro quibus quidem
vadio siue vadiis et inequitatione et Causa succumbit et succumbere
quis praedicti recognoscentes cum Successoribus suis alter alteri Citare
promiserit tunc a terrestribus dictis iuribusque suis quibusuis recedendo ac
foro Competenti renunciando Coram praesenti Castrensi Praemisliensi officio
Iuriscon actibus praesentibus respective Cum Successoribus ac bonis suis omnibus
Vltro subiciunt et incorporant Semper in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare iuri parere ac loco responsionis pro vadio pro
alter alterum Citauerit ab officio non recedendo re ipsa satisfacere
factaque satisfactione pro eodem vadio Contenta inscriptionis implere
et exequi tunc quibus omnibus sunt tenebuntur et eius posteri erunt astricti.
Terminum ipsum primum peremptorium et aliis Ab sequentibus Causae
et Causarum terminos Nullis modis collentibus moliminibus ap
pellationibus earumque per aditiones prosequutionibus euasionibus
proscriptionibus suspensionibus poenis tertium marcarum dilationibus
ad quietationem legalibus quibusuis impedimentis Statutisque et Constitu
tionibus laudat et laudanda differendi prolongandi atque se excipien
immo se cum Successoribus suis omnibus quibusuis iuris remediis renun
ciando sue et suorum Successorum sub amissione totius Causae Vigore
Solutionis vadii seu vadiorum quo vel quibus solutis Obligationi in
Scriptioni praesenti et eius contentis satisfacere tunc quis necessarium fuit
tenebuntur et eorum posteri erunt astricti Nulla tamen Inscriptione
in praemissis obstante Quod memoriali firmatum est.

1509

Rudniczki quietat Vniaticki

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Praemisliensibus personaliter stans No
bilis Andreas Rudniczky A terrestribus dictis iuribusque suis quibus
uis propriis recedendo ac foro Competenti renunciando Huic vero
iurisdictioni Castrensi Praemisliensi se cum Successoribus ac bonis suis
omnibus quo ad hunc actum attinet incorporando et subiciendo Sanus
mente et Corpore existens publice palam ac per expressum recognouit Quod
A Nobili Trzytsko Vniaticzky dicto summam Vi
ginti florenorum pecuniae monetae et numi polonicalis debiti certi ipsi pendenti
Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Praemisliensibus recognitis soluique
per die et tempore certo ipsa inscriptione assignato eamque praeteritum inscripti
onibus bonis certis assecuratam, totaliter in effectu recepit ac ma
nualiter leuauit leuatamque ad se tullit Ratione cuius summae recepti
onis et leuationis eundem Trzytsko Vniaticzky et eius Successores
de eadem summa Viginti florenorum pecuniae quietat liberumque ac immunem eum
ipsius Successoribus facit et pronunciat temporibus perpetuis et aeui
ternis Ipsamque inscriptionem super summam praedictam sibi ab eodem fac
tam Cum omnibus eiusdem inscriptionis conditionibus punctis clausu
lis et articulis ligamentisque et vigore ac toto serie eiusdem Cassat
annihilat mortificat obliterat perpetue ac inanem Sibi et suis partibus
ratione praemissorum aeternum silentium imponendo praesenti sua recogniti
one mediante Quod memoriali firmatum est.

Actum in castro Premisliensi feria tertia ante foestum sancte 12/VII

Margarethe Virginis proxima Anno Domini Millesimo
Quingentesimo octuagesimo tertio Coram Generosis Alberto
Lutoslawski Gladifero terre Vicecapitaneo et causarum officii
Iudice Dobrogostio Zapolski Nottario castren Premisliensis offitialibus

Jaworski donatalio

Comparens personaliter Coram offitio et actis presentibus Castren Pre
mislien Nobilis Crzysthoph Jaworski in villis Jawo
ra et Thurka sortium suarum heres A terris districtibus iuribus quoque
suis quibusvis propriis recedendo a foro competenti renunciando
Huic vero iuris foro Castren Premislien se cum successoribus ac bonis
suis omnibus quo ad actum et effectum presentis inscriptionis attinet ple
narie incorporando et subiciendo sanus mente et corpore existens publi
ce palam ac per expressum recognovit Quia Nobili Iwan Slo
ninka Jaworski et eius successoribus legittimis Bona sua here
ditaria videlicet Medium quartale agri in area nuncupata Dmi
trowskie in fundo et hereditate villae Turka Consistens Cum
omni iure dominio et proprietate titulo que hereditario ac cum omnibus
eorundem bonorum attinentiis pertinentiis coherentiis fructibus Censibus
proventibus ac utilitatibus qualitercunque nominandis nullis exceptis et exclusis
Sed omnibus in genere et singulis in specie Comprehensis prout vigore
ipse idem recognoscens eadem bona tenuit habuit et in hactenus
possidebat iam ex nunc dono perpetuo et irrevocabili dedit do
navit resignavit et inscripsit presentibus que dat donat inscribit
resignat et inscribit temporibus perpetuis et in eternis Dan
et admittendo eidem et eius posteris iam ex nunc coram officio presenti bo

na predicta donata et resignata realem intromissionem Cum actuali et paci
fica possessione Et in bonis eisdem in tercia temporis dum ad ipsam acce
ptandam cum Ministeriali et nobilibus venerit daturum et libere admi
ssurum se cum suis posteris in bonis suis qualitercunque omnibus inscribit et obli
gat sub omnibus terrestribus simplici verbo absque iuramento Cor
porali per eundem Iwan Sloninka Jaworski vel eius successores taxan
et edicendis. Apprehensa que huiusmodi reali intromissione Cum actuali et pa
cifica possessione Per ipsum Iwan Sloninka Jaworski et eius posteros
Bona predicta nempe Medium quartale agri in area nuncupata Dmitro
wskie in fundo et hereditate villae Turka Consistens presentibus
ipsi donata et inscripta Cum omni prout supra scriptum est iure do
minio et proprietate omnibusque eorundem bonorum attinentiis et pertinentiis
fructibus Censibus proventibus ac utilitatibus qualitercunque tenendis habendis
possidendis obtinendis pro usuque suo et suorum successorum meliori et utiliori
Convertendis temporibus perpetuis et in eternis Et debet ac tenebitur
idem recognoscens presens usque se cum successoribus suis mittere super bonis suis
qualitercunque omnibus heredibus eisdem Iwan Sloninka Jaworski et eius posteris
obligat et inscribit ipsum et eius successores in bonis predictis donatis et
omnem eorundem ab omni quavis impetitione iuridica quarumvis personarum
rum cuiusvis status ac conditionis Cuiscumque existentibus et inter ea si
aliquod ad bona predicta se habere pretenderent ipsum impedientis et
eius successores impedire volentes in serviciis que quibusvis privatis et
posterioribus debitis vinculis reformationibus cuiuscunque personarum
in bonis eisdem factis et faciendis Cum Caltionibus conditionibus fundo
tenendis in bonis eisdem positis et ponendis lucris que et placitis ac provisi
onibus quibusvis iudiciariis in eisdem bonis productis ac perductis tue